

6. Pra. 24. num. 12.

DISSERTATIO JURIDICA  
DE

1641  
**SUMMA APPELLABI-  
LABILI,**

*Quam*

ADNUENTE DIVINA GRATIA,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDENBUR-  
GICO, DUCATUS MAGDEBURGICI GUBERNATORE,

RELIQUA,

IN ILLUSTRIS FRIDERICIANA  
PRAESIDE

**JACOBO FRIDERICO  
LUDOVICI,**

J. U. D. PROF. P. EXTR. ET FACULT. JURID.  
ADSESSORE,

Ad D. xxx Maii. MDCCX. H.L. Q.C.  
Placido Eruditorum examini submittit

**HENR. ANDR. ARCKENBERG,**  
MAGDEBURG.



HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Literis Christiani Henckelii, Acad. Typogr.

*a Monf. Rudolf.*

15. 24. 1775

DEPARTMENTO JURIS  
DE  
SUMMA APPEL  
LABILIA  
BY PHILIPPO KILIANO  
JACOBO BRIDRIGO  
LUDOVIC  
HENRICH AR

1775

1775



SERENISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO,  
D O M I N O  
**LEOPOLDO,**  
PRINCIPI ANHALTINO,  
DUCI SAXONIÆ, ANGRIÆ  
ET WESTPHALIÆ,  
COMITI ASCANIÆ,  
DOMINO BERNBURGI ET SERVESTÆ,  
RELIQUA,  
PRINCIPI AC DOMINO SUO  
CLEMENTISSIMO,

Felicitatem !



Um in præfenti quale-  
quale hoc studiorum me-  
orum Academicorum  
specimen edo: illud ne-  
mini magis, quam TIBI  
quidem, SERENISSIME PRINCEPS,  
facrum eſſe debere, jure meritoque e-  
xiſtimavi. Quemadmodum enim  
jam ab ineunte ætate bonis literis ipſe  
imbutus es mirifice & adhuc in id in-  
defeſſo ſtudio incumbis, ut eaſdem  
quotidie augeas & ad ſummum cul-  
men, tanto Principe dignum, perdu-  
cas: ita quoque eos gratia TUA com-  
plecti adſuetus es, qui huncce ſtudio-  
rum ſuorum ſcopum ſibi propoſue-  
runt, ut aliquando pro modulo & viri-  
bus ſuis patriæ & proximo inſervire  
poſſint. Equidem diſſimulare ne-  
queo, SERENISSIME PRINCEPS, in  
chartis hiſce, quas humillime offero,  
nihil deprehendi, quod mihi ingenii  
po-

politi & singularis eruditionis laudem  
conciliare valeat: interim tamen de  
hoc etiam mihi plenissime constat,  
TE pro innata TIBI clementia, utut  
vires interdum defint, voluntatem  
quoque benignissime respicere, eoque  
ipso novum quasi calcar addere iis, qui  
literis incumbunt, ut alacriores in cur-  
su studiorum, quem vocant, reddan-  
tur, illudque omni cura perficere ni-  
tantur, ad quod haecenus pertingere  
non potuerunt. Eo minus autem de  
gratia TUA ego dubitare debeo, quo  
magis jam a multis annis TE non solum  
erga patrem meum, sed erga meam  
quoque tenuitatem indulgentissimum  
PRINCIPEM exhibuisti, quam grati-  
am TUAM eodem modo omnes TUI  
fideles subditi uno ore deprædicant at-  
que extollunt. Accipe itaque SERE-  
NISSIME PRINCEPS, DOMINE CLE-  
MENTISSIME, plagulas hasce levi-  
denses eadem gratia, cui me totum  
de-

deveo & qua post DEUM T.O.M.  
nihil exoptatus mihi in hoc mundo  
contingere poterit. Æternum Nu-  
men supplex veneror, ut TE, PRIN-  
CIPUM OPTIME, omni tempore omni-  
que loco benignissime protegat, o-  
mnes conatus TUOS ad sui gloriam ac  
subditorum TUORUM felicitatem pe-  
rennem dirigat, TEQUE ad feram æta-  
tem incolumem atque ex omni parte  
beatum præstet. Ita DEUS TE fer-  
vet. Dabam in Academia Fridericia-  
na d. IX. Maji. A. O. R. MDCCX.

SERENITATIS TUÆ

humillimus

HENR. ANDR. ARCKENBERG,



DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
SUMMA APPELLABILI

CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.


**A**ppellationum usus & abusus ex parte Iudicis §. I. & ipsorum Appellantium, §. II. Remedia contra abusum appellationis varia, in specie autem constitutio certæ summæ appellabilis, §. III. Electores illimitato privilegio de non appellando gaudent, IV. Coloniensis tamen & Trevirensis subditis facultatem appellandi usque ad certam summam sponte reliquerunt, §. V. De Electore Palatino §. VI. & Hannoverano, §. VII. Summa appellabilis in Recessibus Imperii determinata, §. VIII. In specie quoad annuos redditus irredimibiles, §. IX. Si annui redditus jurisdictioni coherent, ad nullam summam respicitur, §. X. Per Recessum Imperii novissimum Privilegia Statuum, quæ minorem summam continebant, hoc respectu abolita sunt, §. XI. Privilegia Statuum majorem summam continentia. Privilegium terras Brandenburgicas respiciens, §. XII. Privilegium Marchionum Brandenburgensium in Franconia, §. XIII. ubi tamen iunge addenda lit. c. Privilegium Ducum Brunsvicensium & Luneburgensium §. XIV. Episcopi Leodiensis, Landgravorum Hassæ-Darmstadiensis & Cassellani, Ducum Holsatiae & Me-gapolitanorum, Comitum Oldenburgensium, Principum Frisæ orientalis & Comitum Rantzoviae, §. XV. Privilegium civitatis Augustæ Vindelicorum, Hamburgi, Lubecæ, Noribergæ & quondam Argentorati, §. XVI. Summa appellabilis in Tribunali Wismar-ensi, §. XVII. In supremo Tribunali Berolinensi, §. XVIII. De Summa appellabili intuitu appellationum, quæ à iudiciis Statuum inferioribus ad eorum Dicasteria interponuntur. In Electoratu Coloniensi, Trevirensi, Electoratu Saxonie, Ducatu Magdeburgico, Principatu Anhaltino, &c. nulla summa determinata est, §. XX. De Summa appellabili in Electoratu Moguntino & Palatinatu ad Rhenum §. XXI. in Dicasterio Jenensi §. XXII. Ducatu Gothano, Ifenacensi & Vinariensi §. XXIII. De Camera Electorati Berolinensi, Comitatu Wernigerodensi & Stolbergensi, §. XXIV. Summa

CONTENTA TOTIUS DISSERT.

appellabilis in Pomerania anteriori & citeriori & in specie in ci-  
 vitate Stralsundensi, §. XXV. Ducatu Brunsvicensi & Lunebur-  
 genfi, (ubi von Fürsten-Gülden und Fürsten-Droschun) Principatu  
 Halberstadiensis, §. XXVI. Ducatu Würtembergico, Fuliacensi &  
 Bergensi, §. XXVII. Comitatu Sponhemensi anteriori & Solmensi,  
 §. XXVIII. Civitate Hamburgensi, §. XXIX. De Lubecensi vide ad-  
 denda lit. d. Summa appellabilis non attenditur in rebus, quæ cer-  
 tam æstimationem non habent, quo pertinent cause iniuriarum,  
 quando ad polinodiam agitur, §. XXX. Secus si ad pœnam, etiam  
 fisco inferendam, modo multa in locum pœne corporis adstrictive  
 surrogata non fuerit. Tractatur hic simul questio, an in crimina-  
 libus appellationi locus sit, §. XXXI. Non respicitur ad summam  
 appellabilem in causis, quæ iurisdictionem, servitutes & alia iura  
 respiciunt. Si dubium incidit, an summa appellabilis sit, necne,  
 iuramento appellantis statuitur, §. XXXII. Querela nulliatis locum  
 habet, licet summa non sit appellabilis, §. XXXIII. In criminali-  
 bus quoque causa per modum illius querelæ ad Cameram devolvi-  
 tur, §. XXXIV. Pauperibus appellatio permittitur, quamvis sum-  
 ma alias non sit appellabilis, §. XXXV. Si summa non est appel-  
 labilis, revisio Actorum concedenda, §. XXXVI. De pensionibus, pro-  
 ventibus, redditibus, §. XXXVII. Notatur exceptio aliqua circa sum-  
 mam appellabilem à Gailio adducta, §. XXXVIII. Exceptio sum-  
 mæ non appellabilis etiam post litem contestatam opponi potest,  
 §. XXXIX. In dijudicanda summa appellabili non quantitas li-  
 belli, sed sententiæ est attendenda, §. XL. quod ulterius demonstra-  
 tur §. XLI & obtinet sive reus appellet, sive actor, §. XLII. Nota-  
 tur Mevii intentata DD. dissentientium conciliatio, §. XLIII. In  
 summam appellabilem sola fors computatur absq; usuris, §. XLIV.  
 nisi usura sola obiectum litis constituent, §. XLV. Cumulari pos-  
 sunt diverse summe sortis, §. XLVI. licet plures contra eundem,  
 vel unus contra plures agat, §. XLVII. an creditor sortem ipsi de-  
 bitam dividere & partem solummodo petere queat, ne summa ap-  
 pellabilis deinde adsit? §. XLVIII. De æstimatione specierum in  
 computanda summa appellabili, §. XLIX. & L. Summa appella-  
 bilis non attenditur, si iudex reconventionem ab actore institutam  
 per sententiam rejicit, §. LI. Conclusio Dissertationis, §. LII. Ad-  
 denda, ubi in specie de iudiciis Silesiæ lit. e.



§. I.



Appellandi usum veterem, frequen-  
tem & necessarium esse, pronunciat  
Ulpianus in *l. i. ff. de appellat.* idque  
ex ea ratione, quia iniquitatem ju-  
dicantium, vel imperitiam corrigat  
appellatio, unde in Vocabulario  
Speculo Saxonico subnexo voc. ap-  
pelliren dicitur, das eine appella-

tion nichts anders sey/ denn eine Zusage und Geleiche-  
terunge deren/ so durch gesprochen Urtheil beschweret  
seynd. Quemadmodum vero alias optima quaecunque  
res variis abusus propter malitiam hominum subjacent:  
ita quoque idem Ulpianus *d. l.* mox subjungit, quod ap-  
pellatio nonnunquam bene latis sententias in pejus refor-  
met, & quod utique melius non pronunciet, qui novissi-  
mus sententiam laturus est.

§. II. Ita peccatur ex parte *judicis*, & hoc respectu  
procedit assertio Sebastiani Medices in *rr. de cas. fort. p. 2.*  
*qq. 12. n. 2.* sententiam casibus fortuitis adnumerantis. Non  
minores abusus etiam ex parte ipsorum *appellantium* quo-  
tidie occurrunt. Si quis, inquit illustris Ludolphus Hu-  
go in *consult. de abus. appell. toll. in praes. §. 3.* calumniam  
struere, vexare adversarium, extrahere litem cupiverit,  
quan-

A

quantam ejus consilii exequendi occasionem sub prætextu appellationis habet? imo nihil est, quod fiat frequentius. Quod in specie appellationes ad Camera[m] imperialem attinet, Gallius, Camera[m] illius quondam Adfessor, *lib. 1. obs. 128. n. 1. 2. 3.* testatur, quod appellantes beneficio appellationis sæpius pessime ad calumniam abutantur, ut nimirum adversarium multis sumptibus diu multumque vexent litesque in infinitum extrahant, idque potissimum possessores rerum controversarum facere consuevisse, cum malitiose sciant, fatalia prosequendæ appellationis in Camera anno, vel biennio, non circumscribi. Equidem illæ appellationes, quæ in territoriis Statuum à judiciis inferioribus ad superiora diriguntur, comparative loquendo non ita in æternum spirant, uti Spiræ lites; interim tamen nemo negare poterit, quod causæ controversæ per hæc quoque remedia suspensiva cum non levi alterius partis præjudicio sæpiissime protrahantur.

§. III. Ut ergo ejusmodi abusibus occurratur, cordati Jcti multa remedia diversis temporibus suppeditarunt, imo nonnulli Principes eadem adprobarunt & peculiare constitutiones promulgarunt, quæ calumniæ & temeritati improborum appellantium obicem ponerent, v. g. quod non solum ipsi appellantes, sed eorum Advocati quoque, juramentum calumniæ præstare: quod appellantes, si sententia prioris instantiæ confirmata fuerit, adversæ parti expensas litis restituere teneantur: quod juxta statuta nonnullorum locorum præterea adhuc multa ipsis dicitur, vel etiam in casum succumbentiæ, prout Practici loquuntur, certam pecuniæ summam deponere necesse habeant: quod appellationes non promiscue in levissimis causis, sed tunc demum permittantur,

fi

si summa appellabilis per leges publicas determinata ad-  
est, & quæ forte plura adhuc sunt. Utrum eventus opti-  
mæ Legislatorum intentioni semper respondeat, de eo in  
præsenti non erimus solliciti, sed Lectorem ad illustris  
Hugonis consultationem paulo ante adductam remitti-  
mus; nostrum propositum est, ut ea, quæ in specie ad ma-  
teriam de summa appellabili pertinent, paulo fufius ex-  
ponamus. Recensebimus autem primo diversas Con-  
stitutiones tam intuitu appellationum, quæ ad summa in-  
perii tribunalia, quam earum, quæ a judiciis Statuum in-  
ferioribus ad Eorundem dicasteria diriguntur: hoc fa-  
cto deinde pedem ad celebriores controversias circa sum-  
mam appellabilem obvenientes promo rebimus.

§. IV. Quantum ab initio Electores atinet, ex Au-  
rea Bulla c. u. §. 3. & 5. notum est, eos illimitato privilegio  
de non appellando gaudere in terris ad Electoratus pro-  
prie spectantibus, quale privilegium Elector Bavariæ  
quondam A. 1638. à Ferdinando III. similiter obtinuit, Da.  
Schweder *introd. in jus publ. part. spec. sect. 1. c. u. §. 2.* quod  
A. 1644. cum inserta pœna 100. *Marck lötziges Goldes &*  
*extensione auf die Ober-Pfals* confirmatum, Blum. *de*  
*proc. cam. tit. 47. tab. 1.* Ceterum Electores Ecclesiastici  
hoc jus per longum tempus non exercuerunt, sed ex sin-  
gulari gratia subditis suis appellationes ad Imperii Tribu-  
nalia usque ad certam summam permiserunt, Linnaeus  
*ad aur. Bull. c. u. §. 2. observ. 1.* Equidem Elector Mogun-  
tinus & Coloniensis adductum privilegium aureæ Bullæ  
ab eodem Ferdinando III. sibi confirmari curaverunt; ve-  
rum Coloniensis illud mox iterum remisit, eo quod cau-  
sarentur Ordines Provinciales, sumtus ad iudicium Revi-  
sorium, quali opus foret, constituendum sibi nimis gra-  
ves

ves futuros esse, prout adducit Dn. Schweder *loc. cit.* Hugo *de stat. region. Germ. c. 3. §. 40.*

§. V. Ab Electore itaque *Moguntino* hodie non appellatur, cujus intuitu olim summa appellabilis 400. floren. erat, *Hofger. Ord. des Erz. Stifffes Mayng de A. 1516. rubr. von welchen Urthellen appellirt soll werden/ oder nicht.* In Electoratu *Coloniensi* ante adductum privilegium *Ferdinandi III.* summa appellabilis erat 500. post illud vero 1000. floren. *Rhenens.* in auro est, ita tamen, si quantitas in libello petita dictam summam excedit, *Blum. de proc. camer. tit. 47. tab. 1. rubr. Chur. Colln. Thulemar. de octo vir. c. 12. §. 10.* Interim à giudice feudali Archiepiscopi *Coloniensis* ad ipsum Archiepiscopum, non vero ad *Cameram Imperialem* appellandum, *Blum. d. 1.* In Electoratu *Trevirensi* appellatio interdicta est in causis 500. florenos *Rhenenses* non excedentibus, *Id. loc. cit. rubr. Chur. Trier.* Ita *Blumius.* E contrario autem Dn. *Thulemarius de octo vir. c. 11. §. 9.* *Trevirensi* appellationes tunc demum concessisse adstruit, quando summa mille florenos *Rhenenses* in auro excedit, & pro stabilienda sua sententia similiter ad *Blumium* provocat, ibi: *quam quoque concessionem Dn. Elector Camer. e. insinuat, ac A. 1653. d. 13. Decembr. per sententiam confirmari fecit; verum enim vero qui Blumium ipsum inspicit, facile deprehendit, quod verba: da Elector Trevirensis Camer. e. in hunc finem insinuat/ und da selbst den 13. Decembr. 1653. per sententiam confirmirt/ de privilegio Electoris Coloniensis, non vero Trevirensis, agant.* Certe privilegium *Ferdinandi I.* de A. 1562. quod exhibet *Limnaeus de jur. publ. lib. 3. c. 1. n. 20.* de summa 500. flor. *Rhen.* excedente solum loquitur & ipse Dn. *Thulemarius* fatetur, quod solus *Trevirensis* jura de non appellan-

lando neglexerit, unde de alio quodam recentiori privilegio, aut concessione non constat.

§. VI. Intuitu Electoratus *Palatini* notandum, quod ibi jus de non appellando quondam quoque neglectum fuerit. Postea Maximilianus I. A. 1518. d. 3. Septembr. Electori Ludovico privilegium dedit, ut tunc demum ad imperii Tribunalia provocari, liceret, si summa 100. aur. floren. excederet, quod privilegium Carolus V. A. 1520. d. 4. Novembr. confirmavit, Maximilianus II. antem A. 1566. dictam summam ad 600. & Rudolphus II. A. 1578. ad 1000. florenos aureos extendit. Antiquum illud aurea Bullæ privilegium illimitatum Carolum Ludovicum A. 1652. demum à Ferdinando III. rursus obtinuisse tradit Dn. Thulemar. *de octovic. c. 18. §. 17.* quod intuitu subditorum Palatinorum & peregrinorum in elligo, nam quod subditos attinet, jam A. 1582. Elector Ludovicus in der Pfälz. Hofgerichts-Ordnung *3 tit. 42. n. 4.* constituit, daß hinfuro kein Unterthanen / oder Landsassen / welcher mit einem andern Unterthanen / oder Landsassen an dem Pfälzischen Hofgericht zu Recht gestanden / von einiger End- oder Bey- Urtheil an das Käyserl. Cammer-Gericht zu appelliren verstatet werden solle / sequenti autem *num. 5.* daß es in Ansehen der Fremden und Ausländischen / so gegen Pfälzische Unterthanen an dem Hof-Gericht in Recht erwachsen bey dem Privilegio, so zu Ende der Ordnung angeheffet / (est vero illud Privilegium Rudolphi II.) gelassen werden solle.

§. VII. Serenissimi Electores Saxo & Brandenburgicus illimitato illo privilegio ex aurea Bulla descendente omni tempore usi sunt. Uterur eodem quoque absque dubio Elector Hannoveranus vigore Electoratus ipsi collati in terris ad Electoratum spectantibus. Pertinent vero ad terras Electoratus juxta pacta inter Imperatorem

Leopoldum & Ducem Ernestum Augustum d. 22. Mart. 1692. inita §. 1. non tantum Principatus Calenbergensis & Grubenhagensis, sed etiam Cellensis cum consensu Ducis Georgii Wilhelmi tunc temporis adhuc vivi, item Comitatus Hoya & Diepholt aliisque illuc pertinentibus, v. Dn. Horn in *prud. jur. publ. c. 35. §. 5.* Ipsa pacta extant apud Hippol. à Lapide in *dem Raisonnement von der neunften Ehr. Würde num. 1.*

§. II. Quod reliquos Status Imperii attinet, summa appellabilis diverso tempore etiam diversa fuit. In *Ordinat. Camer. de A. 1521. tit. 24. §. 1.* est 50. floren. Wir ordnen/ setzen und wollen/ daß die Appellation-Sachen/ so unter funffzig Gülden Haupt-Guths wären/ an Unserm Käyserlichen Cammer-Gericht nicht angenommen/ auch von dem Richter vörtriger instanz nicht zugelassen/ sondern die Urtheil auff Ansuchen der Partheyen von ihm exequirt und vollzogen werden. Per Recessum imperii de A. 1570. §. 66. dicta summa ad 150. florenos, per Recessum de A. 1600. §. 14. ad 300. flor. Reichs-Güldener/ & denique per Recessum novissimum de A. 1654. §. 112. ad 400. thaleros extensa fuit. Verba ultimi hujus Recessus hic adscribi merentur: Dierdens/ solle die Summa appellabilis von 300. Gülden biß in 400. Reichsthaler Capital, sowohl auch die Krafft des Reichs-Abscheides de An. 1600. um rechten Zins und Nutzungen angestellte Proceß und darentwegen verordnete 12. Reichs-Gülden künfftig auf 16 Reichsthaler doch mit vorbehalt eines jeden Standes Rechten/ Gerechtigkeiten und Freyheiten erhöhet werden.

§. IX. Ad verba: um rechten Zins und Nutzungen angestellte Proceß/ &c. ita commentatur Paulus Gamsius in *Comm. ad Rec. cit.* scilicet distinguendum esse dicit inter annuos redditus *redimibiles* & *irredimibiles*. Adlata verba de *irredimibilibus* explicat & hanc explicationem ex *Rec. imp.*



*Imp. de A. 1570. §. 67. ibi: was aber unablößlich güld ic.* probat, quod recte sese habet. Computantur ergo quatuor solummodo pro 100. & hinc quia summa appellabilis est 400. thalerorum, in hac materia 16. thaleri illam summam constituunt. Rationem, quare 4. saltem computentur, se investigare non potuisse dicit Gamsius. Quod vero redditus annuos redimibiles attingit, quia ibi ipsa fors per actionem potest repeti, ideo ad constituendam summam appellabilem eo casu fors est consideranda, uti alias, quando ex mutuo similive contractu agitur, Gamsius *loc. cit. lit. p.* qui Autor Camerae Advocatus & Procurator & sic praxeos Cameralis admodum peritus fuit.

§. X. Diximus, in annuis redditibus irredimibilibus summam appellabilem 16. thal. esse; exceptio nunc addenda, nisi jus exigendi redditus illos *jurisdictioni cohereat*, quo casu summa pro appellabili habetur, licet quantitatem 16. thal. non attingat. Equidem Rec. Imp. nov. d. §. 112. de hac exceptione in specie non loquitur; provocat tamen ille ad R. J. *de A. 1600.* hic vero iterum §. 14. ad R. J. *de A. 1570.* in cuius §. 67. dicitur: *Ausgenommen da die Güld/ Zins/ oder Nutzung der Obrigkeit anhängig/ oder aber/ da ders wegen auf das verfallene Eigenthum/ vel quasi, so obgehörter Summen gemäß/ oder darüber werth/ geklagt wurd/ dann in denen/ wie auch in andern Fällen/ soll es bey der Ordnung bleiben.* Ast vero in der Cammer-Ver. Ordn. *de A. 1555. P. 2. tit. 28. §. 4.* expresse disponitur, quod in causis jurisdictionem concernentibus appellatio indistincte sit recipienda, de quo infra pluribus agetur.

§. XI. Postquam itaque summa appellabilis post R. J. novissimum generatim 400. thaler. est, eo ipso simul reliquorum Statuum privilegia minorem summam continentia,

tia hoc respectu abolita sunt, (v. g. in Episcopatu Brixeni olim summa erat 400. **Gülden in Münz:** Francofurti 200. flor. Hala Svevorum 200. flor. Memmingæ 60. flor. &c. v. Blum. *proc. Camer. tit. 47.*) neque ergo opus est, ut singulis recensendis im præsentem immoremur, quando enim lex majorem libertatem & gratiam concedit, quam ipsum privilegium, tum hoc non amplius manet privilegium. Interim, qui singula privilegia illa quondam concessa nosse cupit, is Blunium loco citato evolvet, qui tamen *tit. 46. §. 41.* bene monet, quod quamvis dicta privilegia quoad summam appellabilem per Recessum Imperii tacite abolita sint, ea tamen quoad reliquas formalitates, ut ipsius stylo utamur, illis privilegiis insertas in suo vigore adhuc perdurent, propter verba *R. J. noviss. d. §. 12.* doch mit Vorbehalt eines jeden Standes Rechten/ Gerichts/ Freyen und Freyheiten.

§. XII. Videbimus ergo de privilegiis eorum Statuum, quæ majorem summam continent. Eminent hic potentissimus *Borussia Rex* tanquam Elector & Imperii Princeps, qui A. 1702. d. 16. Decembr. ab Imperatore privilegium obtinuit (v. illustr. Stryk. *in not. ad Lauterb. de appell. p. 721. verb. Brandenburgici*) sequentis tenoris: daß nun hinfuro zu ewigen Tagen von S. R. M. und dero Nachkommen in der Regierung ickig- und künfftigen Regierung: Cantzleyen/ Hoff/ Land- oder Appellation- Gerichten ganz niemand ausgenommen/ wer der auch immer seyn/ und an denselben Gerichten zu schaffen haben möchte/ er sey gleich einheimisch/ oder fremd/ hohen/ oder niedrigen Standes/ Landsass/ Dienet/ Unterthan oder nicht/ in peticorio von keinem Bey- oder End- Urtheil/ Erklännis/ oder Decret, so vor Ihre Majest. oder Dero Hof und andern Gerichten ausgesprochen und eröffnet wird/ in Sachen/ da die anfängliche Klage und Haupt- Sache nicht über  
zwey

zwey tausend fünf hundert Goldgülden/ sondern dieselbe Summa/ oder darunter werth wäre/ ingleichen von Ihro Majest. oder Dero Haupt- und Hof- Gerichten End- Urtheil in Sachen/ da allein in possessorio erkennet/ und der verlehrenden Parthen das petitiorium vorgesezet würde/ ob gleich die Sache mehr/ dann 2500. Goldgülden belangete/ weder an die Röm. Käyserl. Majestät/ Dero und derselben Nachkommen am Reich/ Käyser- oder Königlich Hof- oder Cammer- Gericht/ oder wohin/ das sonst immer seyn möchte/ nicht appelliren/ suppliciren/ noch reduciren/ oder sonst sich beruffen sollen/ noch mögen/ sondern dieselbe Urtheil/ Erkenntnis/ oder decret, kräftig und mächtig seyn/ stet und fest bleiben/ auch an denen Königl. und Churfürstl. Regierungs- Cansleyen/ auch Hof- Land und Appellation- Gerichten ohne ferner Nachsehen vollführt und exequirt werden sollen. Pertinet hoc privilegium ad Ducatus, Principatus, Comitatus, &c. quos potentissimus Rex extra Electoratum possidet, in terris enim ad Electoratum spectantibus, ut in Marchia, illimitato gaudet privilegio juxta §. VII.

§. XIII. Quod Marchiones Brandenburgicos in Francia attinet, Lauterbachius quidem in *Comp. jur. tit. de appellat. p. 721.* omnibus Marchionibus Brandenburgicis indistincte illimitatum privilegium de non appellando asserit; sed eum hac parte lapsum esse adnotavit illustris Strykius *ad d. l.* imo ipse Andreas Knichen, ad quem Lauterbach provocat, in *tract. de Saxon. non provoc. jur. & privileg. voc. Jus. c. 2. n. 33. & 34.* ipsum aliud docere potuisset, expresse enim ille dicit, inter Saxonicum & Brandenburgicum privilegium illimitatum hanc differentiam adesse, quod illud & Electori & singulis etiam Ducibus Saxoniae competat; hoc autem nonnisi Electori. Res ita se habet.

A judiciis dictorum Marchionum, von denen Hof- Land-  
 B Lehn-

Lehn- und andern Gerichten/ ad Camera[m] appellari potest, si summa valorem 400. florenor. Rhenens. excedit, alias non, vigore privilegii Caroli V. Imp. de dato Regenspurg d. 23. Jul. 1541. In causis, so Grevel/ Schmach/ Sachen/ Lösbund und stießende Wunden betreffen/ appellatio plane interdicta est, v. Blum. *de proc. Cam. tit. 47. tab. 3. rubr. Marggraf zu Brandenburg.* Hodie, quia floreni Rhenenses pro simplici floreno accipiuntur, si vox: *aurorum*, non sit addita, Befold. *thes. pract. voc. Gülden.* Wehner *Obs. pract. voc. Goldgülden.* Mynsing. *cent. 5. obs. 83.* summa erit 400. thal. juxta §. VIII.

§. XIV. Duces *Lunenburgenses & Brunsvicensis*, Fredericus, Augustus & Christianus Ludovicus A. 1648. ab Imperatore Ferdinando III. propter benemerita Antecessorum & propria, ac in specie quia Coadjutoris in Archi- & Episcopatus Magdeburgensi, Bremensi, Halberstadiensi & Ratzeburgensi antea ipsis delatis renunciaverant, intuitu der Fürstenthume Zell/ Woffenbüttel und Calenberg / samt denselbigen einverleibten Graf- und Herrschaften privilegium obtinuerunt, daß das vorhin unter dato Praag den 27. Aug. 1638. bestätiget und erstrecktes privilegium de non appellando auf ein tausend Goldgülden noch weiter auf ein tausend/ und also in allem auf zweytausend Goldgülden Rheinisches/ ie neun Goldgülden zu zehn Reichsthaler extendiret/ erweitert und erhöhet seyn/ auch niemand in Sachen/ da die Klage und Haupt-Sache/ wann sie gerichtlich eingeführet wird/ nicht über 2000. Goldgülden Haupt-Summa/ sondern darunter werth wäre/ desgleichen auch in allen und ieden Schuld-Sachen/ allda das debitum bekantlich/ oder sonst scheinbar/ liquidum und richtig/ ob gleich solche Schuld weit ein mehrers/ als die angeregte privilegirte Summa der zwey tausend Goldgülden antresse/ und dann in den injurien-Handlungen/ in welchen der

Ver-

Verleumdungen / Frevel / Schmach und Scheltwort haben bürgerlich / (Sintemal in denjenigen injurien / welche Criminal seyn / es ohne das richtige maffe hat und von denselbigen vermöge der Rechten nicht appelliret werden kan /) ad æstimationem ge-klager würde / und die billige æstimation die 2000. Goldgülden nicht übertreffe / weder an den Käyser = oder Königlischen Hof-Rath / noch Cammer = Gericht im heil. Reich nicht appelliren / suppliciren / noch reduciren solle / noch möge. Integrum privilegium reperitur in calce der Cankley = Ordnung Ducis Georgii Wilhelmi de A. 1664.

§. XV. In Episcopatu *Leodiensi* non appellatur ad *Cameram*, nisi causa in realibus & immobilibus summam 1200. in mobilibus & personalibus 1600. atque in causis censuum, vel proventuum annuorum 60. flor. Rhen. aureor. excedat. Landgravius *Hasso-Darmstadiensis* gaudet privilegio de non appellando si summa est infra 600. flor. Rhen. aur. *Cassellanus* infra 1000. flor. Rhen. aur. *Duces Holsatie* infra 1000. flor. aur. pariter ac *Megapolitani* & *Comites Oldenburgenses*, nec non *Comites Frisie Orientalis*, qui hodie ad dignitatem Principum sunt evecti. A *Comite Rantzoviae* infra summam 500. flor. aur. non appellatur, de quibus omnibus v. *Blumium de proc. Camer. tit. 47. tab. 3. & 5.* Nota interim, quod quando diximus, non posse appellari *infra* summam v. g. 1000. flor. hoc non ita sit intelligendum, ac si appellationi locus detur, si accurate summa 1000. flor. adsit; sed debet causa illa, quæ per appellationem ad superiorem devolvenda, dictam summam *excedere*, quod nunc semel monuisse sufficiat. Intuitu reliquorum Principum & Comitum, quos hîc in specie non recensuimus, summa appellabilis ea manet, de qua diximus supra §. VIII. & XI.

§. XVI. *Augustæ Vindelicorum* summa appellabilis est 600. flor. Rhen. aur. *Hamburgi* 700. flor. aur. & insuper prohibita est appellatio in causis, quæ concernunt factorem/ *Mascepeyem/ Bodmereyem/ Wschfelerem/ Affecurantiem* und so auf Rechnungen beruhen/ auch sonst alle andere *Kauffmanns-Gewerbe und Handel/ sub pœna 100. marcarum auri puri, vigore privilegii de A. 1634. d. 31. Mart.* quod tamen editioni Statutorum *Hamburgensium* nondum sub-junctum est, sed ibi habetur solum privilegium *Caroli V. vi* cujus summa appellabilis 600. flor. aur. quondam erat. *Lubecæ* dicta summa est 500. flor. aur. *Noribergæ* 600. flor. & in causis ædificiorum, mercatorum, societatum, item von *Strass- und Sünffer-Gericht* plane non appellatur, *Nürnberg. Reformation P. 1. tit. 10. leg. 3.* hodie illud privilegium ad 600. thal. extensum. *Argentorati*, ubi ea adhuc *Civitas Imperialis* erat, 600. flor. aur. Intuitu reliquarum ea summa iterum manet, de qua §. VIII. & XI. dictum, v. Blum. d. 1. tab. 6.

§. XVII. Privilegia, in quibus summa appellabilis determinatur, *Judicio Camerali* in Originalibus insinuanda, & hoc factò à *Judice & Assessoribus Cameræ* ea accurate observanda sunt, quo pertinet dispositio *Rec. Imp. de A. 1600. §. 18.* Wir wollen auch hiemit *Cammer-Richtern/ Prä-sidenten und Beyßern* mit sonderm Ernst auferteget und be-schlohen haben/ da ihnen der *Churfürsten/ Fürsten* und anderer *Stände* ausbrachte *Käyserl. oder Königl. Privilegien* de non appellando einmahl originaliter, wie sich gebühret/ fürbracht und insinuiert/ dawieder keine *Proceß* zuerkennen/ sonderm dieselbe dabey unbeschwert zu lassen/ und dasselb mehr/ als biß da-hero geschehen seyn mag/ in Aufachtung zu haben. Quod si Privilegia in vidimata copia solummodo exhibentur, accepta-

ceptari non solent, cujus exemplum adducit Blum. de proc.  
Cam. tit. 46. §. 33.

§. XIX. Hæc de eo casu, quando appellationes ad  
Cameram & Judicium Aulicum Cæsareum diriguntur. An-  
tequam ad eas progrediamur, quæ à Judiciis inferioribus  
Statuum ad Eorum Dicasteria interponuntur, de Tribu-  
nali Wisuariensi nonnulla inferere animus est, illud enim  
intuitu Provinciarum Regi Sveciæ per pacem Westpha-  
licam cessarum in locum Camerae Imperialis surrogatum  
est. Ita vero disponitur de summa appellabili in der Kö-  
nigl. Schw. d. Tribunal-Ordnung Königs Carl Gustavs de  
A. 1657. P. 2. tit. 1. §. 9. Und zwar zuerst die summam appella-  
bilem anfangend / damit nicht in allen geringschätzigen Sachen  
ohne Unterscheid der appellationen mißbraucht werde / haben  
wir hiebey nöthig erachtet / zugleich diesem eine gewisse maffe zu  
geben / und die Summe auff zwey hundert Reichs. Thal. zurück-  
ten / wollend / daß die 120 gedachte Summe nicht anlaufende Sa-  
chen / wann appelliret / bey Unserm Tribunal nicht angenommen /  
sondern als in quantitate nicht appellabel, abgewiesen werden.

§. XIX. Ad *Supremum Tribunal*, quod Poten-  
tissimus Borussiae Rex ante aliquot annos *Berolini*  
instituit, indistincte etiam appellari nequit, sed ibi  
certa summa appellabilis determinata est, diver-  
sa tamen pro diversitate Provinciarum. Luber  
ipsa verba aus dem gemeinen Bescheide de Ao. 1702. §. III.  
adscribere: In denen causis, wo keine summa appellabilis vor-  
handen / soll ebenmäßig keine appellation an dieses höchste judi-  
cium statt haben. Damit aber iederman wissen möge / wie hoch  
die summa inappellabilis einer jeden Provinz sey / als hat man  
nöthig gefunden / die summam, unter welchen nicht appelliret wer-  
den kan / allhier auszudrücken / und nachfolgende Tabell diesem ge-  
meinen Bescheide mit zu inseriren:

In dem Herzogthum Magdeburg ist die

Summa	"	"	400. Reichs-Thal.
In dem Herzogthum Cleve	"	"	600. Goldgülden.
In dem Herzogthum Hinter-Pommern und Fürstenthum Cammin	"	"	500. Goldgülden.
In dem Fürstenthum Halberstadt	"	"	
in immobilibus	"	"	600. Gulden.
in mobilibus	"	"	400. Gulden.
In dem Fürstenthum Minden	"	"	400. Thaler.
In dem Fürstenthum Meurs	"	"	200. Thaler.
In der Graffschafft Tecklenburg	"	"	300. Reichs-Gulden.
In der Graffschafft Lingen	"	"	50. Gulden.

Wann nun die Klage geringere/ als iestgedachte Summen betrifft/ soll die appellation allhier nicht angenommen/ sondern der Appellant mit derselben ob quantitatem inappellabilem ab- und ad iudicium à quo verwiesen werden; Wann selbige aber diese Summas übersteiget/ und ratione qualitatis bey der Sache nichts bedenkliches vorkommet/ soll selbige angenommen werden/ und dieses höchsten Gerichts jurisdiction fundiret seyn.

§. XX. In aliquibus Provinciis a iudiciis Statuum inferioribus ad Eorum Dicasteria indistincte appellare licet, non attenta summa, quæ vel petitur, vel in quam appellans condemnatus est. Ita in der Gerichts-Ordnung des Erz-Stifts Eßln de A. 1538. Tit. von Appellation. nullius summæ mentio injicitur, sed ita disponitur: Wo eine Parthey durch gesprochene End-Urtheil sich beschwert befünde und davon appelliren wölte/ mag sie alsbald im Fußstapffen (stante pede) nach Eröffnung desselbigen/ bey sitzendem Gericht in Gegenwartigkeit des Richters/ an das gebürlich Ober- oder Haupt-Gericht/ oder so das Unter-Gericht/ welches das Urtheil ausgesprochen/ kein ander gebürlich Haupt in unserm Erz-Stift gelegen hätte/ an uns/ oder unser Fürstliche Cammer/ aber in der Graffschafft zu Arnberg gen Arnberg zwischen die Pforten münd-



mündlich appelliren, und Apffel / oder Verkundts: Briefe be-  
 gehen / *zc.* Eodem modo dispositum in der Unter-Gerichts-  
 Ordnung des Erz-Stifts Trier *de A. 1539. Tit.* wie von End-  
 Urtheilen appelliret soll und mag werden / *ibique appellans* im  
 Fußstapffen *hac reservatione inter alia utitur:* Herr Richter  
 ewer Ehren und aller Wichtigkeit furbehaltenlich *zc.* *Quod Ele-*  
*toratum Saxoniae attinet, evolvi quidem* die Gerichts- und  
 Proceß-Ordnung / Ober-Hof-Gerichts-Ordnung zu Leipzig /  
 Hof-Gerichts-Ordnung zu Wittenberg / Appellation-Gerichts-  
 Ordnung *nec non* die Erledigung der Landes-Gebrechen /  
 sed nullibi *de summa appellabili aliquid inveni, unde per-*  
*svasus sum, appellationes ibi simpliciter permissas esse.*  
 Idem obtinet in Ducatu Magdeburgico, Principatu An-  
 haltino, &c.

§. XXI. E contrario autem in multis etiam locis  
 facultas appellandi à judiciis inferioribus ad Dicasteria à  
 Principibus & Statibus Imperii ad certam summam re-  
 stricta invenitur. Ita in der Hof-Gerichts-Ordnung des  
 Erz-Stifts Maynz *de A. 1516. constitutum est post tit. 21.*  
*sub rubr.* nun folgt hernach / was Sachen an unserm Hof-Gericht  
 angenommen und gerechtfertiget werden sollen: Und da  
 die Haupt-Sach über fünf und zwanzig Gulden Rheinisch ist /  
 soll die appellation an unserm Hof-Gericht angenommen und  
 laut dieser unser Ordnung gerechtfertiget werden. Wo aber  
 die Haupt-Sach nicht über fünf und zwanzig Gulden Rheis-  
 nisch / sondern allein fünf und zwanzig Gulden / oder darunter  
 betreffen / so soll solch Appellation-Sach an unserm Hof-Gericht  
 nicht angenommen / oder gerechtfertiget werden / *add. die*  
*Unter-Gerichts-Ordnung des Erz-Stifts Maynz de A. 1534.*  
*von Appellation, so von End-Urtheilen beschehen mag. In*  
*Palatinatu summa appellabilis est 50. flor. ita enim in der Hof-*  
*Ger. Ordn. der Churfürstlichen Pfalz tit. 24. §. 2.* Es soll aber  
 keine appellation an unserm Hof-Gericht angenommen werden /

es habe dann = = und daß die Haupt-Sach über funffsig Gülden betreffen seye. Wo aber die Haupt-Sach allein funffsig Gülden/ oder darunter betreffen würde/ so soll die appellation nicht angenommen/ sondern die gesprochene Urtheil in ihren Kräfften bleiben/ add. Pfälzische Unter-Gerichts-Ordnung tit. ult. 27. von appellation und Berufung/ ibi: oder auch die Sachen über funffsig Gülden werth. Dann in tezt gemeldeten Fällen mag nach Ausweisung unser Hof-Gerichts-Ordnung an demselben unserm Hof-Gericht um Ladhung supplicirt und angefucht auch den Partheyen zu gebürlichem Rechten daselbst fürderlich verholffen werden. Uti sumus hic & in subsequen-tibus interdum etiam utemur illis Ordinationibus, quas Abraham Saurius sub titulo: *Fasciculi judicarii ordinis singularis* A. 1588. edidit.

§. XXII. Ad Dicafterium *Jenense*, das Fürstl. Sächs. gemeine Hof-Gericht zu Jena/ appellari nequit, nisi summa sit 60. floren. v. Hof-Ger. Ordn. de A. 1653. cap. 18. ibi: und so solche appellation, wenn sie innerhalb zehen Tagen geschehen/ auch die Summa und Sache zum wenigsten 60. Fl. werth/ und also an sich selbst appellabilis ist/ zur Rechtfertigung angenommen und dem Unter-Richter/ sich der Sache hinfürder zu außern/ und dieselbige in vorigem Stande/ bis zu ihrem Austrag/ ohne Neuerung und Attentirung verbleiben zu lassen/ inhiberet werden. Ubi notandum, quod summa appellabilis, uti alias communiter, 60. florenos excedere non debeat, prout colligitur ex verbis: zum wenigsten 60. Fl. werth. Quod si vero ab hoc Dicafterio ad unum ex Principibus appellatio dirigitur, (quod fit in actionibus *realibus* ad eum, in cujus territorio res, in quam agitur, sita est: in *personalibus* ad eum, in cujus territorio reus domicilium habet: in casibus autem, ubi jurisdictio Dicafterii ratione Rei *propter simultaneam investituram* fundata est, ad eum, à quo  
Reus

Reus ita inuictus est, ) summa appellabilis definita non extat, v. *cit. Ordin. Dicast. Jenens. c. 35.*

§. XXIII. In Ducatu *Gothano*, quando appellatio ad Principem, vel ejus Regimen, a Judiciis inferioribus dirigitur, summa appellabilis est itidem 60. flor. *Misnensium*, *Ordin. jud. Sax. Goth. p. 1. cap. 16. §. 6. vers.* daß keine Sach/ die unter 60. fl. werth ist/ weder unmittelbare querelæ/ noch auch appellations-Weise an Unser Hoffgericht gezogen/ noch alda angenommen werden soll/ v. *Martini ad Ord. Proc. Sax. tit. 10. §. 6. n. 105.* Quoniam vero Dux *Gothanus* partem quoque Comitatus *Hennebergici* possidet: hinc ejus Provinciae intuitu peculiaris summa constituta in der Fürstl. Sächs. Goth. Landes-Ordnung *part. 2. c. 1. tit. 1. §.* So auch von summarischen/ ibi: Jedoch lassen Wir es in Unserm Hennebergischen Antheil Landes bey denen in selbiger Landes-Ordnung gesetzten Zehn-Gülden Haupt-Geld bewenden/ unter welcher Summa von erster Instanz keine appellatio bey Unser Regierung angenommen werden soll. In Ducatu *Isenacensi* summa appellabilis iterum est 60. florenorum, v. Herzog Johann Wilhelms Gerichts-Proceß und Executions-Ordnung *de A. 1702. tit. 21. §. 14.* ibi: und nachdem offermahls die Leute so zankfüchtig/ daß Sie sich geringschätziger Sachen halber weder in der Güte/ noch durch rechtliche Erkenntnis wollen weisen lassen/ sondern vielmehr sich unterstehen/ weitläufftige Proceße anzustellen/ daß durch beyde Theile in grossen mercklichen Schaden und Unkosten geführt werden; So ordnen Wir ferner/ daß keine Sach/ die unter 60. Gülden werth ist/ durch ordentliche appellatio an unsere Regierung solle gezogen noch angenommen werden/ *re.* In Ducatu *Vinariensi* pariter 60. flor. sunt determinati, quorum unus viginti & uno grosso *Misnensi* constat, *Martini loc. cit.*

C

XXIV.

§. XXIV. In *Camera Electorali Colonienſi ad Spream* summam appellabilem 100. floren. vel 75. thaler. eſſe, refert Martini *ad Ord. Proc. Sax. tit. 10. §. 6. n. 102. allegans Ordinat. Brandenb. de A. 1658. art. 33. verſ.* oder aber die Summe unter 100. Gülden / oder 75. Rhr. ſeyn wird / ſoll dieſelbe verworffen werden. Verum ego in der Neu-verfaſſten Cammer-Gerichts-Ordnung *de A. 1709. tit. 12. ubi agitur von denen Sachen / welche von denen Unter-Gerichten an das Cammer-Gericht per appellationem gebracht werden / de certa ejusmodi summa nihil invenire potui, ſed §. 15. hoc ſolum invenitur, es ſollen die Städte / denen eine gewiſſe ſumma appellabilis, unter welcher von ihren Beſcheidnen nicht appelliret werden mag / indulgiret / ſolche bey dem Königlichen Cammer-Gericht binnen 2. Monathen mit denen darüber habenden Verordnungen belegen. De Comitatu Wernigerodeniſi tamen ita diſponitur §. 38. Ob woll die appellationes aus der Graffſchaft Wernigerode an Unſer Cammer-Gericht ergehen / ſo iſt dennoch aus beregter Graffſchaft keine appellation anzunehmen / es ſey dann / das die Sache worüber geſtritten wird / die Summa von 150. Rhr. capital überbetreffe / welches jedoch allein von denen Einwohnern ſelbiger Graffſchaft nicht aber von auswärtigen zu verſtehen iſt. Hanc summam 150. thal. in Comitatu Stolbergeniſi etiam attendi, tradit Martini *loc. cit.**

§. XXV. In *Pomerania Boruſſica* 20. flor. ſunt conſtituti, Hoff-Gericht-Ordn. *de A. 1684. tit. 32. §. 8. verſ.* Nachdem aber oft in geringſchätigen Sachen / darin ſich zuweilen die Unkoſten höher belauſſen / als die Sache an ihr ſelber werth iſt / von den Unter-Gerichten an Unſer Hoff-Gericht appelliret wird / und die Partheyen mit Verſäumnis / Ungelegenheit und Beſchwerung den Proceß auswarten müſſen / damit demſelben auch Maſſe und Ordnung gegeben werde / ſo ſoll hinfort in unſerm Hoff-Gericht keine appellation von einer End- oder Bey-Urthel angenommen und zu rechtlichen Proceß geſtat-

tet werden / da sich die Haupt-Sache nicht über 20. fl. erstrecket.  
 In Curiis Pomeranicis *Wolgastensi & Stetinensi* itidem  
 summam 20. floren. observari tradit Martini *loc. alleg.*  
*Civitas Stralsundensis* quemadmodum multis aliis, ita &  
 hoc privilegio gaudet, daß von des Raths Bey- oder End-  
 Urtheilen nicht appelliret werden kan / wann die Klage nicht ü-  
 ber 100. Gülden Haupt-Summa / Sündlicher Wehrung / je-  
 den Gülden zu 48. Schillingen gerechnet / sondern dieselbe Sum-  
 ma und darunter wäre. Plane etiam appellatio prohibita est  
 in allen und jeden Sachen / alwo klare Verschreibungen / öffent-  
 liche willkührliche Verträge und contractus in der Stadt Bü-  
 chern verhanden / oder / da die geforderte Schuld unlängbar /  
 und bekentlich / oder dieselbe sonst scheinbar und richtig / ob  
 gleich solche Sachen und Forderung weit mehr / als 100. Gülden  
 antreffen würde / ingleichen von Einweisung in ein Pfand / von  
 Pfands-Verfolgung / von Amtes-Sachen / von Eydeshanden  
 und aliment Sachen / 2c. Præterea hoc singulare in di-  
 cta civitate Stralsundensi, quod in appellantis arbitrio po-  
 situm sit, utrum ad Dicastrium Pomeraniæ, an vero ad  
 Senatum Lubecensem appellationem suam dirigere velit,  
 v. pluribus Erb-Vertrag zwischen Herzog Philippo Julio  
 von Pommern und der Stadt Stralsund de Anno 1615, d.  
 11. Jul.

§. XXVI. In Ducatu *Brunsvicensi & Luneburgensi*  
 summa appellabilis est 20. floren. v. *Ordinat. Cancell. Du-*  
*cis Georgii Wilhelmi de A. 1664. tit. 2. §. 2. ibi:* und daß  
 die Haupt-Sache über 20. Fürsten-Gülden / 21. Silber-Gro-  
 schen vor einen Gülden gerechnet (ein Silber-Groschen ist 8.  
 Pfennig) an Capital / oder Haupt-Summe betreffe. Wann  
 aber die Haupt-Sache nur 20. Gülden / oder darunter angehet /  
 soll die appellation nicht angenommen / sondern die gesprochene  
 Urtheil in ihren Kräfften bleiben / und derselben gebührliche exe-  
 cution unauffhältlich erfolgen / es würde dann erweislich beyge-  
 bracht

bracht / daß Unserer Unter-Berichts-Ordnung tic 38. zuwider nulliter verfahren worden. Quoniam hic mentio fit der Fürsten Gülden / obiter etiam noto, Da. Præsidentem mihi retulisse, quod nuper in in veteri quodam documento super contractu mutui A. 1598. confecto vocabulum Fürsten-Grosche invenerit, qui grossus tamen, ut alias communiter, constabat aus 12. Pfennigen. In Principatu Halberstadiensis, terris Brunsvicensibus vicino, summa est 50. thal. Halberstädt. Cansley-Ordnung de A. 1616. c. 22. §. diweil auch bißweilen / verb. oder / da die Sache zweiffelhaftig und über 50. Ehlr. würdig / zu ordentlich profection annehmen und geberthene citation und ferner Process erkennen.

§. XXVII. In Ducatu Württembergico summa est 25. flor. Württemberg. Hoffger. Ordn. de A. 1587. P. 2. tit. 2. §. die Sachen / so für sich selber und am Haupt-Gut nicht 25. Gülden anlauffen / sollen am Hoffgericht nicht angenommen werden. In Ducatu Juliacensi & Bergensi quondam per Edictum Ducis Wilhelmi d. A. 1571. summa 25. flor. constituta erat, in casu, wann von denen Haupt-Gerichten an das Hoffgericht appelliret worden; sed idem Dux Wilhelmus per aliud Edictum de A. 1578. dictam summam auxit biß auff 50. Gold-Gülden / inserta poena 10. flor. aureorum, so die appellirende Parthey (quæ scilicet infra memoratam summam appellat,) auff den Fall sie angebedeute appellation gerichtlich einführen und anhängig machen machen würde (neben Erstattung dem Wiedertheil alles seines daher entstandenen Schadens und interesse) unnachlässlich zu erlegen. Utrumque Edictum allegatum reperitur in calce der Sültschen Gerichts-Ordnung Ducis Wilhelmi apud Saurium in Fasciculo ordinis judicariæ singularis.

§. XXIII

§. XXIIIX. In Comitatu *Spanhemensi*, vel *Sponhemensi anteriori*, ubi Principatus *Bircofeldensis* hodie situs, a iudiciis inferioribus ad *Dicasterium* non appellatur, nisi summa excedat 10. flor. v. *Caroli*, *Comitis Palatini*, & *Philippi*, *Marchionis Badensis* (nam ad *Badenses* quoque pars illius *Comitatus* pertinet) *Hoffger*. Ordnung der hundert Graffschafft *Spanheim d. A. 1586. tit. 19. S.* Es soll aber *vers.* und daß die Haupt-Sach über zehen Gülden / jeden zu vier und zwanzig *Alb.* gerechnet / betreffen thue. Eadem summa recepta est in *Comitatu Salmensi*, v. der Graffschafft *Solms* und Herrschafft *Münkenberg* *Gezichts-Ordnung de A. 1571. tit. 38. S.* desgleichen auch von *keizer* End-Urtheil / wann die Haupt-Sach in dem Werth nicht über zehen Gülden antrifft / soll nicht appelliret / noch die *appellation* gestattet werden / \* = aber von *End-Urtheilen* / so über zehen Gülden sind / mag der *Theil* / so sich dadurch wieder recht beschweret zu seyn vermeynt / woll appelliren / *re.*

§. XXIX. Tandem de civitate *Hamburgensi* addimus, quod ibi in casu, wenn von dem *Untergerecht* an das *Obergerecht* appelliret wird / summa triginta *Marcarum Lubecensium* definita sit, v. *Hamburg. Stadt-Recht P. 1. tit. 17. S. 2.* Es mag aber in nachgesetzten Fällen an das *Ober-Gerecht* nicht appelliret werden: *Erstlich* / wann die erhobene *Klage* sich über 30. *Marck Lübisch* nicht erstreckt. *Plura* hujus generis *statuta & ordinationes provinciales* in *præsenti* conquirere atque *excerpere* non vacat, unde nunc ad alia *pedem* promovemus.

§. XXX. Ante omnia vero *præmittendum* est, quod ea, quæ hactenus de certa summa appellabili adduximus, ad illas res solummodo pertineant, quæ certam *æstimationem* habent, sive sint *quantitates*, sive *species*, sive *res mobiles*, sive *immobiles*. Aliud itaque obtinet, si de re aliqua litigetur, quæ ejusmodi certam *æstimationem*

nem non recipit. Huc pertinent (1) *causæ injuriarum*,  
*Rhet. Inst. jur. publ. l. 4. tit. 21. §. 6.* eos scilicet casu, quan-  
 do Actor ad *palmodiam*, sive *recantationem* agit, *Blum.*  
*de Proc. Camer. tit. 46. §. 42.* *Mynsing. Cent. 2. obf. 98. num.*  
*5.* ubi appellationi ad *Cameram* indistincte locus est.  
 Equidem *Gail. 1. Obf. 123. n. 4.* rationem summæ appel-  
 labilis non haberi dicit, sive actum sit ad reclamatio-  
 nem, sive ad satisfactionem, vel *estimationem* injuriæ;  
 verum hæc generalis ipsius assertio refellitur per decre-  
 tum, sive *den gemetsnen Cammer. Bescheid de A. 1693.*  
 ubi expresse habetur: *Et hoc etiam* [quod de summa  
 appellabili dictum] *in causis injuriarum* certa pecunia ab  
 actore *estimaturum* observandum esse placuit, sive *famæ &*  
*honoris reservatio facta sit nec ne in sententiis*, adeo ut tam  
 in his injuriarum, quam ceteris causis, si *gravaminis sum-*  
*ma quantitatem constitutam ac præfixitam, vel etiam maio-*  
*rem privilegii, si quod extet, summam non attingat, causam*  
*non recipiendam, aut retinendam, decisum*, *Schweder in-*  
*trod. in ius publ. part. spec. sect. 1. c. 13. §. 12.* Ergo si actor  
 injuriam *estimavit* & *Judex reum* ad talem summam  
 condemnavit, quæ alias appellabilis est, hoc etiam ca-  
 su appellationi locus conceditur.

§. XXXI. Sed quid, si actor ad multam sisco infe-  
 rendam actionem suam instituit? Antequam hic respon-  
 deamus, resolvenda erit quæstio præjudicialis: *utrum*  
*in criminalibus appellationi ad Cameram locus detur?* Vi-  
 dentur hanc quæstionem negare *Mynsing. Cent. 2. obf.*  
*98. n. 5. Gail. 1. Obf. 65. n. 5.* eorumque opinioni suffra-  
 gatur *R. I. de A. 1530. §.* Item / als jetzt etliche Zeit her 95,  
 ibi: So sehen und ordnen Wir daß hinfürter in Peinlichen  
 Sachen keine appellation angenommen/ sondern damit nach al-  
 ten



ten hergebrachten Gebrauch gehalten werden soll; verum hæc dispositio in *Ordin. Camer. Part. 2. tit. 28. §. pen. A. 1555.* limitata fuit, ut solum eo casu procedat, quando causa criminalis ita comparata est, ut delictum *penam corporis afflictivam* post se trahat, verb. Ordnen und wollen Wir/ daß hinfürder in Peinlichen Sachen/ NB. die Leibs. Straffe auff ihnen tragen/ am Kayserlichen Cammer-Gericht keine appellationes mehr angenommen/ sondern es angeregten Gebrauch nach gehalten werde/ & ita quoque *Gailius lib. 2. Obs. 1. n. 27.* sese explicat in verbis: *nam licet cause criminales capitales (Peinliche Sachen/ die Leibs-Straffe auff ihnen tragen) neque per viam simplicis querele, neque per appellationem in Camera recipi debeant, &c.* His ergo ita suppositis ad quaestionem ab initio hujus §. propositam affirmative respondemus, scilicet licitam esse appellationem in causis injuriarum, quamvis petum in libello ad multam Fisco inferendam directum fuerit, modo Judex reum ad tantam multam condemnaverit, quæ ad summam appellabilem ascendit, & modo in Privilegiis Statuum aliud expresse dispositum non reperitur. Consentit Gerhard *im Discurs von den Zweyen des H. Reichs höchsten Gerichten Discurs. 1. c. 1. §. 2.* Dn. Schweder *d. sect. 1. cap. 13. §. n. ibi: delicta fiscalia.* Mevius *P. 2. Dec. 272.* Dicta eo etiam casu procedunt, quando Judex inferior propter atrocitatem injuriarum per modum *inquisitionis* super causa cognovit, prout contra Carpovium *in Prax. Crim. qu. 139. n. 23. & 24.* dissentientem ostendit Dn. Præses *in der Einleitung zum Peinlichen Proceß cap. 11. §. 5.* supposito iterum, quod multa, quam reus vi sententiæ solvere tenetur, ad summam appellabilem alias definitam ascendat. Li-  
mi-

mitantur adducta in eo casu, *quando multa succedit in locum pæne corporalis*, id est, quando loco ejusmodi pæne corporalis Princeps ex gratia pecuniariam substituit, tunc enim appellationi locus non datur, quia surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum est surrogatum, v. Friderus, Mindanus, *de Process. l. 1. c. 9. n. 16. seqq. Mynsing. Cent. 3. Obs. 43. & Cent. 4. obs. 41.* ubi Arnoldus de Reyger *in addit.* observat, Mindanum sine justa causa Mynsingerum reprehendisse, ac si hic casum huncce a priori non separaverit, add. Roding. *Pand. Cameral. l. 1. tit. 31. §. 1.*

§. XXXII. Porro (2) ad summam appellabilem plane non respicitur in causis, *que jurisdictionem, servitutes personales & reales, aliaque jura*, v. g. *braxandi, & familia concernunt, que certo aestimari nequeunt*, sed que pro cujuslibet affectione variam aestimationem recipiunt, *Gail. 1. Obs. 123. num. 6. Rhet. instit. jur. publ. l. 4. tit. 21. §. 6.* Hinc in *Ordinat. Camer. p. 2. tit. 28. §. 4.* ita disponitur: Doch sollen die Sachen injuriarum, (v. §. XXX.) in denen auff Wiederruff geklagt/ auch andere = = auch Oberkeit/ Gerechtigkeit/ Persönliche und Feld- Dienbarkeit = = = auch andere dergleichen/ so nicht gewisse Achtung hätten = = angenommen seyn. Poscebat Nobilis in Pomerania quondam rusticum, tanquam hominem proprium: Rusticus pro homine proprio per sententiam declarabatur, sed hic ab ea sententia ad Cameram imperialem appellabat, quærebat: an appellationi deferendum sit? & ratio decidendi pro affirmativa adferebatur, quia libertas inæstimabile quid est. Imo appellatio recipitur, si vel ratione denarii, vel pulli gallinacei, quem forte singulis annis a te mihi præstare volo, con-

cer-

certetur, maximum enim versatur præjudicium, Magenh. ad Ord. Cam. p. 2. tit. 28. *vers. secundo dicta regula.* Blum. de proc. Cam. tit. 46. §. 45. Quod si alias dubium incidat, an summa sit appellabilis, an non; appellans mediante juramento asseverare tenetur, se non minoris æstimare rem controversam, quam alias summa constituta est, Ord. Cam. d. p. 2. tit. 28. §. 4. Rön. Schwed. Tribun. Ordn. p. 2. tit. 1. §. 9. Gem. Bescheid des Ober-Appell. Gerichts zu Berlin §. 3.

§. XXXIII. Disquirunt (3) annon *querela nullitatis* locum habeat, quamvis summa appellabilis non adsit? Gailius lib. 1. obs. 135. n. 1. statum controversiæ ita format: Si summa, inquit, a qua appellatum est, privilegio de non appellando conformis non sit, appellationes in Camera ob defectum jurisdictionis non recipiuntur. *Questum ergo, se quis omisso appellationis beneficio de nullitate sententiæ principaliter agere velit, anne citatio super nullitate, remota appellatione, decerni debeat?* Respondet vero idem Gailius num. 3. affirmative, citationem, scilicet super nullitate, decerni omnino posse, quamvis causa per modum appellationis ad Cameram devolvi non potuisset, quoniam appellatio & nullitas diversa sunt juris remedia, & ideo uno sublato alterum adhuc superest. Intelligunt adlata DD. de summa appellabili *ratione privilegiorum*, nam si eadem non est appellabilis *ratione Ordinationis Cameralis*, id est, si hodie non ascendit ad 400. thaleros v. supra §. IIX. nec *querelæ nullitatis* locus conceditur, Blum. proc. Cam. tit. 56. §. 16. unde Gail. loc. cit. n. 8. consultum esse dicit, ut impetrantes privilegia de non appellando, nisi intra certam summam, sibi quoque in hunc casum nullitatis prospiciant, & ab imperatore non solum iniquitatis, sed etiam nullitatis ratione privilegia de non

D

ap-

appellando sub certa summa impetrent. Ast vero talia quoque privilegia intuitu eorum saltem locum habere dicunt, quæ contra *jus positivum* nulliter facta sunt, non vero in iis, quæ contra ipsum *jus naturæ* impingunt, v. g. si quis inauditus condemnaretur, Blum. *loc. cit.* §. 17. In supremo Tribunali, quod Coloniae ad Spream est, querela nullitatis etiam locum habet, quamvis summa non sit appellabilis, modo nullitas *evidens & in continenti probari possit* & per nullitatem *maximum præjudicium querenti inferretur*, *Gemein. Bescheid* §. III. *in fin.*

§. XXXIV. Ita quoque in *criminalibus* propter nullitatem processus causa ad Cameram devolvitur. Pertinet huc dispositio Ordinationis Cameralis P. 2. tit. 28. §. 5. Doch da sich jemand an dem Cammer-Gerichte beklagen würde/ daß in Peinlichen Sachen/ auch Leibs Straff belangend/ sein unerfordert und unerhört/ und also nichtiglich oder sonst wieder natürliche Vernunft und Billigkeit wieder ihn procedirt/ gehandelt und geurtheilt/ und derhalben principaliter auff die nullität um Proceß ansuchen würde/ sofern dann der Richter/ des Handlung sich die Parthey oberührter massen beklagt/ dem Cammer-Gericht ohn mittel unterworfen/ alsdann soll der ansuchenden Partheyen solcher Nichtigkeit halben Ladung erkant und darauff rechtliche Hälfte mitgetheilt/ und so sich in Ausführung der Sachen befunde/ daß oberührter massen nichtiglich gehandelt und geurtheilt/ alsdann die Haupt Sach wieder an die ordentliche Oberkeit/ förmlich und rechtmäßig darin zu handeln/ zu procediren/ und zu urtheilen/ remittiret werden. Ergo Camera non cognoscit super ipsa causa criminali pœnam corporis afflictivam involvente, sed solummodo super nullitate & deinde causam principalem ad Judicem a quo remittit, quoniam illius intuitu  
ju-

jurisdictio Camerae non est fundata. Idem obtinet hoc respectu in causis matrimonialibus, Blum. tit. 43. §. 17. in fin. conf. Rhet. instit. jur. publ. l. 4. tit. 21. §. 6. & 7.

§. XXXV. Porro (4) intuitu inopum & qui tenuioris fortunæ sunt peculiaris dispositio in jure reperitur, quantum scilicet ad summam appellabilem attinet. Verba Rec. Imp. de A. 1654. §. 114. ita sonant: auff daß auch um geringen Vermögens willen niemand an seinem Rechte verkürzt / oder hülflos gelassen werde / so ordnen und wollen Wir / daß wann ein appellant in Ermanglung gnugsamer Nachreich von der Obrigkeit und Unter-Gericht / worunter derselbe gesetzt und begütert / wie auch / wann kein sonderbahre Gefahr des Meyneyds erscheinen thäte / vermittelt eines leiblichen Eyds erhalten kan / daß sein Vermögen sich nicht über 2000. Fl. erstrecket / wann er in sententia um 300. Fl. so viel das Capital anlangt / beschwert wäre / daß ihm die Proceß erkant / und in der Sachen / was recht ist / geurtheilet werden solle. Similis dispositio reperitur in dem gemeinen Bescheid des Kön. Preuß. Ober-Appellation-Gerichts zu Cölln an der Spree §. 3. Wann auch gleich die summa nicht appellabilis wäre / und es beträffe arme Partheyen / welche nicht vielmehr in Vermögen haben / sollen die Sachen nichts desto weniger / wann sonst die gravamina erheblich seyn / alhier / vorkommenden Umständen nach / angenommen und Processus erkant werden: nec non in der Königl. Schwed. Tribunal-Ordnung P. 2. tit. 1. §. 10. Als aber dem Armen oft an dem / so unter vorgedachter Summen (200 Reichsthlr.) ist / mehr / dann dem Reichen an einer weit höhern gelegen / soll hiedurch Unserm Ober-Appellation-Gericht unbenommen seyn / wann arme Leute / dero Wohlfaht zum guten Theil auff der Sachen beruhet / sich beklagen und ordentlich appelliren würden / alsdann nach Gestalt und Erheblichkeit der vorgebrachten Gravaminum die Sache / wann

sie 25. Reichsthlt. betrüffe / und der Appellant seine Armuth durch Documenta, oder in dero Mangel durch den Eyd bringen würde / die Acta abzufordern / und auff Befindung / was recht ist / zu erkennen und anzuordnen.

§. XXXVI. Aliud adhuc remedium (§) introductum est in *R. I. de A. 1654. §. 113.* in eo casu, si summa non est appellabilis, nempe *revisionis Actorum*. Verba Recessus hæc sunt: Doch mit diesem Zusatz und bescheidlicher Erinnerung / auff den Fall die Summa nicht appellabel, und den effectum devolutivum an das Cammer-Gericht nicht gehalten könnte / daß alsdann der Parthey ordentliche Obrigkeit auff derselben gebührendes Ansuchen und Begehren die vollkommene Acta, vermöge des Reichs Deputation-Ab-schiedes de A. 1600. auff deren zuvor mit Zuziehung und in Gegenwart beyderseits Partheyen / oder die (deren) Gewalt haben / fürgehende irrotation (ohne nebenseitige recommendation) durch gewisse unpartheyische Rechts-Gelehrte revidiren / oder auff unpartheyische Univerſität / oder anders Collegium juridicum zu schicken / und dero rechtliches gutachten dar-über zu erfordern schuldig seyn. Sed hæc dispositio iterum intelligenda est *salvis iuribus Statuum*, ibi: jedoch abermahls diese Verordnung den Ständen des Reichs an ihren erlangten und hergebrachten privilegii, Freyheiten / Lands-Ordnungen / statuten und sonsten ohne Nachtheil verstanden / sondern dieselbe in ihren Kräfften gelassen werden.

§. XXXVII. Summam appellabilem etiam non attendi dicunt, quando agitur *de perpetuis ac irreluitivis redditibus, pensionibus, vel proventibus*, *Rhet. inst. jur. publ. l. 4. tit. 21. §. 6.* Verum enimvero hæc exceptio hodie sublata est per *R. I. de A. 1654. §. 112.* ubi etiam in irreluitivis redditibus certa summa appellabilis constituta, ibi: so woll auch

auch die Kraft des Reichs-Abscheides de A. 1600. um rechten Zins und Nuzungen angestellere Proceß und darentwegen verordnete 12. Reichs-Gülden künfftig auff 16. Reichsthlr. doch mit Vorbehalt eines jeden Standes Rechten / Gerechtigkeiten und Freyheiten erhöhet werden. Diximus de hoc casu jam supra §. II. & §. IX. add. Gailius l. 1. obs. 123. n. 6.

§. XXXIIX. Istam quoque assertionem non intelligo, quam adfert idem Gailius *loc. cit. vers. tertio fallit*, nempe, regulam de certa quadam summa appellabili fallere, si reus immediate forum in prima instantia sortiatur in Camera, quia tunc per viam simplicis querelæ causa ibidem recipi & agitari debet, quantacunque sit summa controversa, etiam minima, quia actor forum Rei sequi tenetur, l. *fn. C. ubi in rem act.* Quasi vero unquam de hoc casu in præsentia materia quæstio instituta fuisset? Disputamus de summa appellabili, & ergo supponimus appellationem, & porro, reum in prima instantia in Camera forum non sortiari. Breviter: regula de summa appellabili pertinet ad instantiam secundam, exceptio Gailii vero ad primam.

§. XXXIX. Utilior est quæstio, quam idem Autor d. Obs. 123. num. 2. proponit: an appellatus, si in puncto devolutionis non opposuerit exceptionem summe incompetentis vel non appellabilis, sed litem contestatus sit, ex postfacto adhuc & post litiscontestationem dictam exceptionem opponere queat? Quamvis vero regulariter omnes exceptiones dilatorix, etiam quæ Judicem respiciunt, ante litem contestatam præcise opponi debeant, v. Zanger. de except. p. 2. c. 22. n. 3. seq. it. l. 12. & l. 13. C. de except. imo illæ, quæ judicis personam ejusque jurisdictionem concernunt, omnibus alijs sunt præmittendæ, Illustr. Strykius *inrod. ad*

*prax. c. 9. §. 13.* nihilominus tamen quoque notum est, quod illæ exceptiones, quæ omiffæ iudicium retro nullum reddunt, etiam post litiscontestationem quocunque tempore opponi queant, imo post tres conformes sententias, Alexand. *Vol. 2. Conf. 77. n. 11. Dec. Conf. 520. num. 12. & Conf. 681. n. 24.* & tales exceptiones nec statuto tolli posse asserunt, etiamsi verbis generalibus per statutum omnes nullitates tollerentur, Alex. *d. conf. 77. n. 9.* jam vero, si summa appellabilis deficit, iurisdictione Cameræ non est fundata, sed nullitas ex defectu illius iurisdictionisprehenditur, unde quamvis appellatus exceptionem non opposuerit, iudex tamen ex officio hanc nullitatem parte non opponente attendere debet, Gail. *d. l. n. 2.* ita pronunciatum fuit in Camera imperiali in causa Johannis Wolfgangi de Habsperg contra Eccardum Krauschen / prout testatur Mynsingerus *cent. 3. obs. 89. v. Roding. pandect. Camer. l. 1. tit. 20. n. 19.*

§. XL. Circa quæstionem: quomodo summa appellabilis cognosci, & an *summa libelli*, an vero *summa gravaminis* attendi debeat, sive, an dicta summa appellabilis æstimetur ex eo, quod libello insertum, utrum vero ex eo, quod adjudicatum fuit? non eadem, ut solet, omnium est sententia. Mynsingerus *Cent. 5. Obs. 83. n. 3.* statuit, quod petitio & æstimatio, non vero condemnatio inspicienda sit. Eandem sententiam tuetur Gail. *1. Obs. 123. n. 3.* ibi: *in hac autem summa Ordinationis & privilegiorum quoad fundandam iurisdictionem petitionem libelli, quantum petitum, non quantum debeatur, vel adjudicatum sit in prima instantia, considerare oportet*, add. Magenh. *ad O. C. p. 2. tit. 28. vers. ex prædictis* Lauterbach, *Comp. jur. tit. appellat. qui pro probanda hac opinione ad l. 19. §. 1. ff. de iurisdic. pro-*



provocat, ubi Ulpianus: *quotiens, inquit, de quantitate ad iurisdictionem pertinente queritur, semper quantum petatur, querendum est, non quantum debeat.* Hisce tamen non obstantibus contraria sententia, quod nempe ad summam gravaminis respiciendum sit, non ad summam libelli, verior esse videtur. Quatenus enim quis gravatus est, eatenus facultas appellandi ipsi indulgetur, sed non ultra. Ast vero per summam libello insertam nemo gravatus dici potest, sed gravamen demum ex sententia oritur, unde etiam quantitas gravaminis ex eadem sententia dijudicanda.

§. XLI. Allegata a Lauterbachio *l. 19. §. 1. ff. de iurisdic.* pertinet non ad iudicem appellationis, sed ad eum, qui *in prima instantia* iudicat, quando scilicet hujus potestas iudicandi ad certam summam restricta fuit, quod apud Romanos non erat infrequens, *v. l. 74. §. 1. ff. de iudic.* Alias vero, si quis *d. l.* ad summam appellabilem extendere velit, maxima exinde proveniret absurditas. Pone, Titium 500. thal. a Cajo petiisse, iudicem vero eundem Cajum ad 300. thal. solum condemnasse, queritur: an Cajo ab hac sententia ad Cameram Imperialem appellare possit? Si summa in sententia expressa consideratur, summa appellabilis non adest, bene tamen, si ad summam in libello petitam respicitur, (400. thal. enim requiruntur hodie in genere ad summam appellabilem, *v. supra §. XIX*) Quod si nunc sequeris opinionem Gailii, Mynsingeri, aliorumque & summam libelli tanquam summam appellabilem supponis: revera in dictam summam appellabilem aliquo imputas, à quo Cajo absolutus fuit. Scilicet ad 300. thal. solum condemnabatur, à reliquis 200. thal. ergo ab-

absolvebatur: ast vero illi 300. thal. nondum constituunt per se summam appellabilem, ergo ex reliquis 200. thal. (a quorum solutione Cajus tamen absolutus) aliquid adjiciendum est dictis 300. thal. ut summa appellabilis fiat, quod certe admodum absurdum esse videtur. Hanc nosfram sententiam amplectitur Roding *Pandect. Cameral. l. i. tit. 22. n. 19. Denail. jur. Cameral. verb. appellat. summa. Græveus l. i. conclus. 123. consid. 1.* Hodie post A. 1603. res omni controversia caret, tunc enim temporis sententia modo defensa per vota majora DNN. Adfessorum confirmata fuit, v. Blum. *proc. Cam. tit. 46. §. 9.* unde natum commune Decretum, *der gemeine Bescheid* / eodem anno, a cuius tenorem refert Schweder *introd. in ius publ. part. spec. sect. 1. c. 13. §. 1.* ibi: *in causis appellationum in Camera recipiendis, cum de summa appellabili queritur, gravaminis duntaxat summam, id est, eam, in qua appellans, sive is actor, sive reus fuerit, per sententiam à qua laesus & gravatus est, spectandam ac attendendam esse, per majora in pleno senatu conclusum est.* Concordat *der Gem. Bescheid bey dem Königl. Tribunal zu Berlin §. III.* ibi. *Wie auch nur die Summen / weshalb die Partheyen annoch streitig seyn / und worüber der appellant graviret zu seyn vermeinet / gerechnet werden.*

§. XLII. Cum vero non semper reus appellet, sed interdum quoque actor, qui per absolutionem rei sese gravatum esse putat, hinc nova oritur quaestio: an quoque eo casu summa gravaminis attendenda sit? Rulant in tract. *de commissar. & commision. p. 4. lib. 8. c. 13. n. 14. in actore summam petitionis, in reo autem summam adjudicatam considerari dicit.* Verum non video ullam genuinam diversitatis rationem inter hunc & præcedentem casum, nam actor

actor etiam per summam, quam ipse libello suo inseruit, non est gravatus, sed gravamen in sententia consistit. Ergo si actor 600. thal. petiit, reus autem ad 300. solvendos condemnatus, & per consequens intuitu reliquorum absolutus est, summa appellabilis censerinequit, quia actor non intuitu integræ summæ 600. sed ratione 300. thal. solum gravamen sentit. Imo & hoc dubium per commune Decretum in §. *præced.* allegatum verb. *sive is actor, sive reus fuerit*, satis clare est sublatum, conf. Excell. Joh. Samuel Strykius in *Dissert. de caus. ad Camer. imper. non appellab. c. 2. §. 29.* adde etiam quoad hunc & præced. §. verba *Rec. Imp. de A. 1654. §. Auf daß auch* 114. ibi: wann er in sententia um 300. Gl. so viel das Capital anlangt/ beschwert wäre/ Textor *ad d. Rec. Imp. Diss. 11. th. 32. Martini ad Ord. proc. Sax. tit. 10. §. 6. n. 110.*

§. XLIII. Ita, ni fallimur, satis clare demonstravimus nostram sententiam. Mevius tamen *P. 2. Decif. 79.* utramque sententiam, & Gailii atque Mynsingeri ex una, & Rodingi aliorumque, quos nos sequimur, ex altera parte, commode conciliari posse existimat, ita enim *d. l. n. 6. in not. sic*, inquit, *conciliari potest, quod contrariis sententiis de norma iudicandi summam appellabilem traditur, nec opus est, decurrere ad eam opinionem, quam leges apud Græven. præct. Observ. 123. consid. 1. n. 10. (v. supra §. XLI.) per imperii novam constitutionem abrogatam esse l. in offerendis. 37. C. de appellat. Libellus enim habet materiam litis, at sententia declarat. Ideo ille, qua summam litis sic inspicitur, uti hæc (sententia) indicat, quod est ex petito controversum. Putat ergo Mevius summam libelli & summam in sententia expressam non esse opponendam, sed jungendam & alteram ex altera declarandam & ita dis-*

E

sen-

fentientes conciliandos. Verum res ipsa male cessit. *Ad fundandam*, inquit, *jurisdictionem summa appellabilis statui debet non ex veritate debiti, vel sententia prime instantie, sed ex petitione libelli.* Haftenus Gailii & Myningeri thesin repetiit. Addit vero: *at non simpliciter hoc ita accipiendum est, ut sine discrimine petum inspiciatur, sed ut illud, quod ex eo dubium est, & sub litem venit, ut appellans per sententiam se gravatum dicere possit.* Hæc certe assertio priorem plane tollit, non vero dissentientium opinionones conciliat, Gailius scilicet aliique sine discrimine petum libelli inspiciendum esse voluerunt atque ad eo Meviana conciliatio neutiquam ad eorum palatum erit. Mevius adhuc porro ipsis in sequentibus contradicit: *nec enim ultra gravamen valet appellatio - - de hoc ex ipsa sententia, quatenus decedit, quod in litem at controversum venit, perquirendum erit, que materia litis index existit, atque cum, an petum liti adequatum sit, in dubium incidit. considerari debet.* Ast vero Gailius aliique volebant, ut ad summam gravaminis respiceretur & sic juxta eos etiam ultra gravamen valebat appellatio, quamvis hoc absurdum, uti supra §. *XLI.* ostendimus. Mevius ergo a nostris partibus stat & dissentientes nobiscum refutat, quo pertinent etiam illa *n. 3. ideo si quidquam petum fuerit, de quo nihil controversie existit, immixtum tantum actioni ad augendam litis quantitatem, velut in fraudem legis tendens non attenditur.*

§. *XLIV.* Succedunt aliae quæstiones. Controvertitur scilicet: utrum in determinatione summæ appellabilis *sola fors* consideretur, an simul etiam *usure*? *Ufuras* cum forte cumulari posse ad constituendam summam appellabilem asserunt Gail. *1. Obs. 123. num. 3.* Myning.

fing. Cent. 5. Obs. 83. n. 5. qui ita sæpe judicatum esse dicit, Roding. Pand. Cam. l. 1. tit. 20. n. 20. Schweder introd. in ius publ. part. spec. sect. 1. c. 13. num. 12. Blumius de proc. Cam. tit. 46. §. 13. qui hisce rationibus præcipue utitur, quod interdum solæ usuræ, v. g. in annuis redditibus irrelutivis, summam appellabilem constituere queant, unde inferre, eas multo magis una cum sorte dictam summam efficere posse, & quamvis aliquando in legibus publicis mentio fiat des Capitals / Haupt-Guts / Haupt-Gelds / v. Rec. Deput. de A. 1600. §. **Wiewoll nun** 14. in fin. verb. **Haupt-Gelds** / it. Rec. Imp. de A. 1654. §. 112. & 114. verb. **Capital**; illa tamen tria vocabula non tam opponi usuris, quam litium expensis aliisque accessionibus. Quemadmodum vero de posteriori hac ratione adhuc merito dubitari posset: ita jam mense Martio A. 1675. in pleno conclusum & per commune decretum cautum, quod in posterum non amplius usuræ cum sorte ad summam appellabilem constituendam conjungi & cumulari, sed sola fors attendi debeat, Blumius & Schwederus loc. alleg. add. illustr. Stryk. in not. ad Lauterb. de appellat. p. 723. verb. *Usuræ computentur.*

§. XLV. In supremo Appellationum judicio, quod Colonæ ad Spream est, usuræ etiam cum sorte non cumulantur, v. **Gemein. Bescheid** de A. 1708. §. 3. ibi: *Hey diesen Summen aber sollen allezeit nur der Hauptstuhl / und nicht die Zinsen / wie auch nur die Summen / weshalb die Partheyen annoch freitig seyn / und worüber der appellat graviret zu seyn vermeynet / gerechnet werden.* Additur vero limitatio in eodem Decreto communi, *nisi solæ usuræ obiectum litis constituant & ad quantitatem summe appellabilis ascendant*, ibi: *es wäre dann / daß die Zinsen obiectum*

etum litis und summam appellabilem errechten. De hoc casu quidem apud Cameralistas, uti vocant, nihil in specie reperire potui; existimo tamen, adlatam limitationem in Camera quoque imperiali locum sibi vindicare, quoniam usuræ, si de ipsis solis litigatur, ipsam rem principalem constituunt, nec tanquam secundarium aliquod considerari possunt. Consentire videtur Textor ad R. L. nov. Disp. II. tit. 31. verb. *nam si principaliter ad interesse agitur, ut in actione ex emto ad interesse ipsius rei, in tali casu puto interesse pro sorte habendum in computatione summæ appellabilis &c.*

§. XLVI. Hæc de sorte & usuris. Queritur autem porro: *annon diversæ summæ fortis cumulari & coacervari queant, si scilicet singulæ non constituunt summam appellabilem, bene tamen omnes conjunctim sumtæ?* Deprehendi autem omnes DD. quos evolvere mihi licuit, unanimiter in affirmativam sententiam inclinare, v. Gail. 1. Obs. 123. n. 3. Mynsing. Cent. 5. Obs. 83. n. 4. qui Adflessores Cameræ in l. si idem cum eodem u. in pr. ff. de jurisdictione fundasse refert, ubi Cajus, si idem, inquit, cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra jurisdictionem judicantis sit, coacervatio vero omnium excedat modum jurisdictionis ejus: apud eum agi posse Sabino, Cassio, Proculo, placuit, quæ sententia Rescripto Imperatoris Antonini confirmata est. Pertinet huc etiam principaliter l. 10. §. 1. ff. de appellat. ubi Ulpianus: si quis, inquit, cum una actione ageretur, quæ plures species in se habeat, pluribus summis sit condemnatus, quarum singule notionem Principis non faciunt, omnes autem conjunctæ faciunt: poterit ad Principem appellare, Blum. de proc. Cam. tit. 46. §. 11. Mev. P. 8. Dec. 106. Requirit tamen DD. (1) ut di-

diversæ illæ summa ex eadem causa oriuntur, cujus liquidum exemplum esse puto, si quis ad rationes reddendas convenitur, v. g. ex causa societatis, mandati, negotiorum gestorum, tutelæ, &c. ubi sæpe de pluribus specialibus punctis, ut vocant, disceptatur, tam quoad accepta, quam expensa. Idem tamen quoque obtinere puto, si omnia actionis capita ex eodem contractus genere, v. g. mutui, proveniant, quamvis debitor in diversis chirographis sese obligaverit. Requiritur (2) ut diversæ illæ summae una actione & in eodem libello petantur, & (3) ut eadem sententia quis ad solvendum condemnatus fuerit, unde si alia atque alia actione diversæ summae ex diversis causis obligationis debeantur, ac quis in illas diversis & separatis sententiis condemnatus sit, summa appellabilis ex coacervatione constitui nequit, Besold. de appellat. c. 7. n. 2. Dn. Schweder d. part. spec. sect. 1. c. 13. §. 12. Brunnemann. ad l. 10. ff. de appellat. n. 10. Treutler. Vol. 2. Disp. 33. th. 5. lit. a.

§. XLVII. Quæ in §. præc. adduximus, DD. eo etiam casu procedere dicunt, si vel plures contra eundem actionem instituunt, vel unus plures una actione ob connexionem & communionem causæ convenit, tunc enim non quod singulorum in illa lite est, separatim spectatur, sed conjunctum, quomodo semel in litem venit. Etsi itaque singulorum non ea sit pars, quæ continet summam appellabilem, tamen ubi omnium coacervatio hanc conficit, locus est appellationi, non tantum omnium, sed etiam singulorum, ut si vel ceteri non appellent, vel desistant, tamen uni consortum, etsi in communionem minorem partem, quam quæ quantitatem appellabilem æquat, habenti appellare & appellationem profequi fas sit, nec enim alter

in

in alterius præjudicium quidquam suscipere potest, sunt verba Mevii *P. 8. Dec. 106.* Ex eodem fundamento communione deducunt, quod *in Concursu creditorum*, si v. g. sententia intuitu unius ex creditoribus pro debitore lata, reliqui etiam creditores pro suo interesse vel appellare, vel alterius appellationi adherere possint, & e converso, si sententia pro creditore lata, debitor appellandi facultate gaudeat, licet illius creditoris creditum per se appellationis summam non constituat, modo reliqui creditores idem jus habeant & sic sententia pro uno lata reliquis illi quoque profit. Ergo utroque casu cumulatio respective debitorum & creditorum ad complendam summam appellabilem fieri potest, Gylmannus apud Blum. *proc. Cam. tit. 46. §. 12.* add Mynsing. *Cent. 5. Obs. 33. n. 4.*

§. XLIX. Hæc de coacervatione diversorum creditorum ad summam appellabilem constituendam. E converso jam quæritur: *annon creditor summam ipsi debitam dividere & partem ejus solummodo petere liceat, quo iura ob deficientem summam appellabilem debitor deinde ad Cameram, aliudve judicium superius appellare nequeat?* Pone, Cajum Titio debere 600. thaleros: quod si jam Titius integrum debitum peteret, summa appellabilis adesset juxta Recessum imperii novissimum & abstrahendo a Privilegiis specialibus, v. supra §. IIX. quod si vero Titius dimidium saltem, nempe 300. thal. exigit, cum reservatione tamen partis residuæ, summa non est appellabilis & sic beneficium appellationis ad Imperii Tribunalia denegatur. Equidem videri posset, creditorem hic in fraudem debitoris aliquid moliri & proinde divisionem summæ debitæ improbandam esse; verum supponimus nos, creditoris jus optime fundatum esse, & sic creditorem, qui jure suo  
uti-



titur, debitori non facere injuriam. Quamvis enim debitori integrum non sit, particularem solutionem creditori invito obtrudere, ob incommoda varia, quæ ex particulari solutione proveniunt: creditori tamen particularem solutionem exigere & juri suo hætenus renunciare nullibi in legibus prohibetur. Hinc illustris Strykius in not. ad Lauterbach. tit. de appellat. p. 723. verb. ex petitione hoc tanquam cautelam observandum esse dicit, ut si quis metuat appellationem ad Cameram, non integrum debitum, sed partem tantum petat, cum reservatione partis residuæ, idque propter maximos abusus, quibus plerumque appellationes illæ subjacent. Si enim causa semel ad Cameram devoluta, ibi tamdiu spirat, ut interdum intra spatium vitæ hominis creditor nihil consequi possit, quod tamen vitium non est ipsius Cameræ, sed personarum appellantium.

§. XLIX. Diximus supra §. XXX. quod tradita de summa appellabili ad illas res pertineant, quæ certam æstimationem habent, sive sint quantitates, sive species. In præsentia adhuc nonnulla de æstimatione, sive taxatione specierum addenda erunt. Instituitur vero regulariter, si de pretio specierum dubium incidit, æstimatio per peritos in arte, & non attenditur pretium affectionis, sed illud, quod vulgare est. Ast interdum non nude ad ipsam rem respicitur, sed ad *interesse* etiam, quod occasione ipsius rei nobis obvenit, aut e converso ad *damnum*, quod illius intuitu pati probabiliter possumus. Mevius P. 6. Dec. 15. elegantem casum adfert, qui dicta optime declarat atque illustrat. Imputabatur alicui, quod novum opus contra nunciationem factam extruxisset atque ad demolendum opus per sententiam Judicis primæ instantiæ  
con-

condemnabatur. Condemnatus appellabat ad summum Tribunal Wilmariense. Excipiebat adversarius, opus demoliendum viginti saltem Joachimicis taxatum fuisse, & sic non adesse summam appellabilem, quippe quam 200. thaler. esse diximus supra §. XIII. Quarebatur: quid juris? refert autem Mevius, appellationem receptam fuisse, ex ratione, quia non solum rei pretium spectandum, sed quanti referat, ædificatum habere, quod usus gratia longe potest superare pretium. Provocat dictus Autor ad *Ordin. Reg. Tribun. P. 2. tit. 1. §. 9.* ubi ita: oder sonst selbe Angelegenheiten / daß nach dem Verlust derselben ein Nachtheil und præjudiz entstehen könnte / warum jemand lieber die summam (200. Rbr.) verkaufen könnte / oder wolte / als solches erleyden. Dispositio hæc in aliis etiam locis propter æquitatem ipsius applicari potest, revera scilicet adest tale objectum litis, quod non facile certam æstimationem recipit, v. supra §. XXXVII.

§. I. Aliud exemplum huic pertinens idem Mevius adfert *P. 1. Dec. 68.* Diximus §. XXXII. reum propterea appellasse, quia pronunciatum erat, eum esse hominem proprium, idque ex ratione, quoniam libertas inæstimabilis res est. E converso, nobilis aliquem hominem proprium esse præten dit, pronunciatum autem, eum esse liberum, & jam nobilis appellat. Objicitur, rusticum nunquam tanto pretio venditum fuisse, quod summam appellabilem æquat & sic summam appellabilem definire. Sed vero & hoc casu, appellationi locus conceditur. Recensetimus argumenta Mevii. In speciebus, inquit, æstimatio rei facienda est ex usu, seu, in quantum re frui liceat. Nec dubitandum est, posse usum servi, seu rustici talis, (scilicet hominis proprii,) multum excedere ordinarium redditum ejus pecunie,

quæ

quæ ex summa appellabili haberi poterit, ut rationabili electi-  
one quis malit hominem retinere, quam pro eo pretium ac-  
cipere, quod non potest idem tantum præstare, quod homo  
proprius, qui longemajorem utilitatem præstat, quippe in  
quo non tantum annua servitia, quæ tamen justæ æstimatio-  
ne excedunt usuram ducentorum imperialium, (quæ est  
summa appellabilis in Tribunali Wismariensi, de quo loquitur  
Mevius,) sed ejus commoditas & necessitas, porro &  
occafio glebæ adscriptis ad alia utendi & cum omni posteritate  
fruendi consideranda sunt. Non habemus, quod huic ratio-  
cinationi addere possimus.

§. LI. Elegans adhuc est quæstio: utrum appellationi  
locus sit, si reus reconventionem contra actorem instituire vult,  
hæc autem a Judice per sententiam rejicitur? Certe, si quan-  
titas in reconventionem petita ad summam appellabilem ad-  
scendit, parum, vel nihil dubii supererit, quin appellationi  
interpositæ deferre debeat Judex primæ instantiæ; sed vero  
nos in præsentis supponimus casum, ubi quantitas reconventi-  
onis non est ea, ob quam appellatio alias permittitur. Recte  
autem & hic statuisse censemus Mevium hætenus sapius ad-  
ductum, qui P. 3. Dec. 131. hoc quoque casu appellationi dese-  
rendum esse censet, quamvis summa, quæ in reconventio-  
nem venit, non sit appellabilis. Utitur sequentibus ratio-  
nibus. Scilicet non simpliciter quantitatem petitam, sed si-  
mul, quod accedit damnum aliud circa eam, considerandum  
esse, pro non modico autem haberi damno, si quis a com-  
modo reconventionis excluditur, imo in hoc majus esse pos-  
se incommodum, quam in ipsa lite. Deinde causa illa simpli-  
ter appellabilis est, in qua a communibus beneficiis juris ali-  
quis excluditur, neque tunc spectatur quantitas, sed privatio-  
nis iniquitas. Ex eodem fundamento deducit idem Autor,  
appellationi locum dari, si petita a reo cautio pro reconventio-

ne per *Judicem denegata fuerit*, cum reconventio elusoria foret, nisi præstita cautione, quod actor reconveniendus coram *Judice* alias incompetente se sistere velit. Ergo iterum non respicitur ad quantitatem in reconventione petitam, nec ad quantitatem cautionis; sed ad *damnum*, quod reus exinde sentit, si actorem deinde coram *Judice* suo proprio maximis sumtibus maximaque difficultate reconvenire tenetur. Hoc vero *damnum* non habet certam æstimationem, ergo *justa appellationis causa* semper adest.

§. LII. Hæc sunt, benevole Lector, quæ in præsentibus de *summa appellabili* variisque quæstionibus eo pertinentibus colligere & disserere volui: fateor, alios majori eruditione & rerum notitia instructos hoc labore melius defungi potuisse, meæ enim infirmitatis probe memor sum; interim tamen spero, fore, ut B. L. omnia in meliorem partem interpretetur, cum aliquando, licet vires desint, voluntas tamen laudem mereatur. Si alicubi erraverim, amice monitus sententiam meam in melius mutare non detrectabo. Deo T. O. M. interim pro omnibus beneficiis mihi hæctenus præstitis sit honor, laus & gloria, cujus omnipotenti directioni & in futurum studia mea & memet totum humillime committo.

T A N T U M

## ADDENDA.

Ad §. XII.

(a) In hoc & sequentibus §§. varia Statuum Privilegia recensentur, quæ majorem summam appellabilem continent, quam quæ in Rec. Imp. novissimo in genere determinata. Cum vero in ejusmodi privilegiis sæpe *flororum* mentio injiciatur, horum autem valor pro diversitate Provinciarum etiam sit di-

ver-

verfus, v. g. in Saxonia & nonnullis vicinis Provinciis, ut in Ducatu Magdeburgico, &c. 21. grossor. in Marchia, Pomerania, multisque aliis locis 16. gross. in Ducatu Brunsvicensi & Luneburgensi 21. gross. aur. sive 14. grossor. commun. (v. Disp. §. XXVI.) hinc ad tollendas omnes difficultates, quæ exinde provenire possent, in *Rec. Imp. de A. 1654. §. 116.* ita dispositum: Weilen auch der Stände Privilegia guten Theils auf eine gewisse Anzahl Gülden gerichtet, als sollen bey künfftiger Visitation auf vorgehende communication und Berathschlagung mit denen Besitzern nach der bisherigen Observanz an statt derselben eine gewisse Erläuterung und reduction auf Rthl. verglichen werden. Et quoniam

(b) In eodem Recessu verus summa appellabilis usque ad 400. Thal. intuitu omnium Statuum aucta fuit, (v. Disp. §. VIII.) hinc simul Statibus, qui specialibus privilegiis gaudent, spes facta, de augmento privilegiorum illorum & summæ appellabilis in iisdem determinatæ. Ita in §. 115. d. *Rec. Imp.* Und stehet diesem nach fünfftens bey des H. Reichs Churfürsten und Ständen samt und sonders / über ihre auf eine gewisse Summa habende und hergebrachte Privilegia de non appellando deren fernere Erhöhung bey uns als Römischen Käyser / von deme diese und andere dergleichen Begnadigungen herrühren / in so weit gebührend anzuhalten / und nach gestaltam der Sachen Umständen Unserer Resolution und Verordnung darüber zu erwarten.

(c) In §. XIII. diximus de *Marchionibus Brandenburgensibus* in Franconia, quod Eorum intuitu vi privilegii Caroli V. summa appellabilis sit 400. flor. Rhenens. in quo secuti sumus non solum Blumium in *d. §. XIII.* allegatum, sed etiam Limnæum *de jur. publ. l. 5. c. 7. num. 132.* Invenimus autem deinde apud Pffeffingerum in *Vitriar. illustrat. l. 3. tit. 17. §. 29. lit. g.* quod hæc summa vigore Privilegii Ferdinandi II. de A. 1627. usque ad 800. flor. Rhenens. aucta fuerit. add. Schweder. *part. spec. sect. 1. c. 11 §. 3.*


(d) In §. XVI. privilegii *Lubecensis* mentio fit atque referatur, quod Lubecæ summa appellabilis sit 500. flor. aur. Nihil mutamus in præsentem, sed hoc solummodo dictis addimus, quod privile-

vilegium Lubecense à Rudolpho II. d. 23. Maji A. 1588. concessum mentionem faciat florenorum aureorum, Goldgülden / v. Illustr. Stryk. in differ. jur. Lubec. & commun. c. 14. n. 86. Vol. Dissp. II. Dissp. 21. At vero ein Goldgülden Lubecæ idem est, quod ein Gülden Lübisck / & cum porro florenus Lubecensis idem sit ac aureus Hungaricus, sive Ducatus, hinc summa appellabilis Lubecæ est 500. ducatorum, vel 1000 Imperialium, v. Mex. ad jus Lubec. l. 1. tit. I. art. II. n. 129. Marquard de jure mercat. sing. l. 3. c. II. n. 12. & 19. Excell. J. S. Strykius in Diss. de priviil. appell. Lubec. th. 13. Nota etiam, quod in causis marisimis à judicio Lubecensi inferiori ad judicium superius appellari non liceat, wo nicht die Klage/ oder Haupt-Summe/ über 1000. Marck Lübisck antrifft/ See-Gerichts-Ordnung art. 5. & 6.

(e) De nonnullis Silesie judiciis adhuc quædam subjungimus, quæ post §. XXVIII. inferi potuissent. Scilicet à nullo judicio Regis, Principum & civitatum appellari potest, nisi certa summa adit, v. Constit. de A. MDCCIV. §. 5. So ordnen und setzen wir/ daß hinfuro/ was den höheren Stand und Adel betrifft/ von einem quanto, so nicht über 100. Rthl. und sey dem gemeinen Bürgerstande in denen Königlichen/ Fürstlichen und andern Städten nicht über 50. Gülden austraget/ worüber ein ordentlich Urtheil gefället worden/ nicht appelliret werden könne/ noch solle. In Ducatu Oppaviensi appellari nequit à judicio provinciali, dem Land-Nechte/ item à Præfectura, der Lands-Hauptmannschaft/ nisi summa sit 200. thal. v. Recess. de A. 1673. d. 27. Jun. Damit aber auch die libido frivole appellantium in etwas eingeschräncket werde/ haben Ihre Käyser. und Königl. Majestät die summam appellabilem auf 200. Thaler Schlessisch gnädigst restringirt / von welcher ins künfftig / und darunter nicht die appellationes statt haben sollen. Eadem summa obtinet in Ducatu Oppoliensi atque Ratisborensi, computantur vero in dictam summam non solum fors, sed etiam interesse, damna & omnia accessoria. A Senatu Wratislaviensi non appellatur, nisi summa litis 150. florenos excedat, conf. Excell.

Wildvogelius in Diss. de judiciis Silesie inappellabilibus  
sect. I. §. IV. V. VI. & VII.








ULB Halle 3  
003 486 338  


5b

7A-100

vd 18







*Pro. 24. num. 12.*

*6.*

*1718 / 18 / 1000*

DISSERTATIO JURIDICA  
DE

# SUMMA APPELL- LABILI,

*1641*

*Quam*

ADNUENTE DIVINA GRATIA,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*

**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSÆ, MARCHIONE BRANDENBUR-  
GICO, DUCATUS MAGDEBURGICI GUBERNATORE,  
RELIQUA,

IN ILLUSTRIS FRIDERICIANA  
PRAESIDE

**JACOBO FRIDERICO  
LUDOVICI,**

J. U. D. PROF. P. EXTR. ET FACULT. JURID.  
ADSESSORE,

*Ad D. xxx Maii. MDCCX. H.L. Q.C.*  
Placido Eruditorum examini submittit

**HENR. ANDR. ARCKENBERG,**  
MAGDEBURG.



HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
*Literis Christiani Henckelii, Acad. Typogr.*

*a Monf. Rudolff.*